

98. *Etsi enim apertè quidem Calvinismum in secundaria editione minimè doceri sciebant : quia tamen eundem taceri, nec ut in priori damnari intelligebant ; dum nimirum duo hæc vocabula in articulo 10. (adsint & distribuuntur) quin & tota hæc clausula, (& improbant secus docentes) subdolè fuit expuncta : Sub hoc sancto cæco latibulo, magnam suæ doctrinæ rimam, improprias bipatentes apertas esse probè intellexerunt.*

99. *Sic ergò Confessio hæc nostra non amplius symboli nomen auctoritatemq; tuebatur : Sed cothurni alicuius contraherat infamiam : Sic non Augustana amplius : hanc enim nunquam viderat : Sed VVitebergensis, quippè ibi in umbra atq; ocio conscripta, nominari merebatur.*

100. *Quam verò gratiam tum apud Electorem, tum ceteros principes atq; Respublicas, priorem illam & non mutatam Confessionem amplexas, sub hoc facto Philippus fuerit promeritus : ne id quidem reticent historiæ.*

101. *Sacramentarij pro sua qua valent mentiendi libidine, palàm scribere non exhorrescunt : Neque improbante Luthero, neq; reclamantibus principibus, aut Ecclesiæ membris alijs, Revisionem istam articulorum factam esse.*

102. *Tot rursus mendacia, quot verba. Primum enim quia Confessio isthæc symbolum erat*
pub.